


formidantes propter rationes quas supra diximus. dicitur enim securus quasi sine cura. unde securi sunt qui periculum non timent etiam si periculo obnoxii sunt. nati vero e contrario qui periculo obnoxii non sunt etiam si securi non sunt, sed periculum timeant. Contra utilitatos. id est utiis litigatores, hoc est obrectatores, et calumniatores. hi enim nihil aliud quam utilitatos sunt, cum sola prauitate contentione querunt. Exequatur reliqua proposita, honestius loquendi modus, hoc est exequatur reliqua, quae ad propositum pertinent. Quia occupatio nobis tuis publico bono parandum erat. hic rationem afferre quare omnium librorum capitula in principio operis posuerit. et haec est ratio, quia parandum tibi erat publico bono, hoc est propter publicas occupationes, subiunxit huic epistolae quid singulis libris contineatur, ut neque tu, nec tua causa caeteri perlegendi omnia laborem suscipere. Sed inueniri facillime posset quod quisque desideraret. Quod fecit in literis nostris. in Latina lingua. confirmat enim institutum suum auctoritate Valerij Sorani, in libris quos *ἐπιτομίδωρ* scripsit in libris quos scripsit de spectaculis. hoc enim *ἐπιτομίδωρ* significat, quod uerbum *ἐπιτομίδωρ* deductum est. nam *ἐπιτομίδωρ* aspectus est. liber ergo *ἐπιτομίδωρ*, hoc est liber spectaculorum. Nescio quare ratione corrector non epoptidon, sed epoptidon scripsit, nisi ut in penultimo quoque proximi uerbo erraret. In igitur tibi absolui me Franciscus, quod a principio pollicans fueram, et una cum expositione Plyniani proximi duos et uiginti errores correctoris satis iniunges ad te mihi, quod bene uolenti non nostram restor, quam sola uirum et summa illa studiorum necessitudo contraxit, me non inuidia fecisse. neque enim inuidio alius bonum, quo ipse careo, quin potius glorior, et sensum quendam uoluptatis percipio, cum illa, quae mihi defuit, intelligo alius superesse, non odio cum non modo doctos et eruditos uiros, sed quoscumque bonarum artium studiosos non amore tantum, uerum etiam singulari obseruantia prosequar. non studio laudis, quam expectare ex re tam parua, uel nullam, uel perquam meliorem poteram, sed solo ueritatis desiderio. Et quia tam egregium auctorem pati non poteram tam laetum, ac sordidum arcum ferri, ut non modo non alliceret homines ad legendum, sed potius fastidio quodam et quasi stomacho abalienaret. Tum quod uidebam in tanta uolumine librorum multiplicatione Latinam linguam (nisi prouideretur) contra spem atque opinionem omnium breui tempore perituram. ferant haec aequo animo correctores. nec nobis succenseant, sed agant potius gratias quod hoc breui opusculo uiam eis, quam tenere debeant, ueluti in intro digito demonstrauimus, sed quae ad reliquos errores, quos toto libro penes infinitos uel dimiserunt, uel fecerunt, emendandos accingant, in quo non deerit eis Besarionae academiae operam, si ea uti uoluerint, et nos certe quantum ingenio, quantum mediocri doctrina, quantum studio ualebimus rei tam utili, atque honestae operam nauabimus. Tu uero me Franciscus, quem ingenio excelsum, et natum aliumque in literis, et optimarum artium studijs flagrantem omnes et norunt, et praedicant, telem te in hoc opere praestitisti, ut intelligant uniuersi, neque consilium, neque operam, neque fidem tuam in re tam necessaria defuisse. Vale beneque et feliciter.

Cornelius Vitellius Parthenio Benacensi suo salutem. Data est mihi tandem ex negotij facultas, si punctum libellum perlegendi, quo Plynij in naturali historia ad Titum Vespasianum epistolam corrigi, simul et interpretatur, qui ut a patre dicam quod sentio, uisus est mihi magna diligentia. maiori ingenio, tanti ope-

ris initium multis in locis attingisse. Quod profecto a titulo ipso usque ad caeterum, correcturum pariter et impressurum incuria, adeo deprauatum erat, ut doctissimum, ac prope diuini auctoris nomine et ingenio uix dignum uideretur. Verum dum in Alaricem episcopum, qui primus omnium in praefectibus Romanis Plynium recognouit, uehemens fertur, caecus, ne aliter dicam, quaedam meo iudicio partim animaduertit, ac frigide interpretatus est. Quos locos Parthenio dulcissime notauit omnes. non maleuolentia et odio, aut ambitione aliqua. neque enim is sum, qui alieni ingenij obrectatione mihi famam queram, sed ut bonae fidei esse cognoscas. haec enim proxima astate, cum libellum illum mihi legendum uenetis dedisses, negaremque tunc me illum posse euoluere dixi (ut scis) Latrum mecum Patruum, hac conditione, ut cum primum possem, quid de eo sentirem, ad te scriberem. Quod si tardius opinione tua factum est, negatius, quibus plus nimio distrigor, imputabis. Sed de his satis parum enim peccat, cuius fides tempore tantum lapsa est. Nunc ad Plynium. Qui cum causas addit, Cur Titum imperatorem, uiuo patre Vespasiano appellet, uerebatur enim ne Tito hac appellatione stomachum faceret, propter Vespasiani patris suspicionem, de qua inferius dicimus, sic ait. Agnoscas hoc castrense uerbum. Ille enim (ut scis) permutatis prioribus syllabis, durius solum se fecit, quam uolebat existimari a uernaculis tuis et familiaribus. Sensus uero est. Non ego Titum primum regnum te patre te imperatorem appello, sed agnoscas hoc castrense uerbum. Omnium enim militum fauore in castris apud Hierosolymam ea appellatione honestus est. Et ille (ut scis) permutatis prioribus syllabis. id est reuocatis, et reuocatis carminibus, durius quam uolebat existimari a domesticis tuis, id fecit. Quaedam enim Titum amicus, carmine somnium, cum laudando imperatorem obscurius fortasse appellauerat, ne male de Tito filio suspicantem patrem Vespasianum offenderet, quod coniectari facit Tranquillus de Tito sic scribens. Et ad perdomandam iudaeam relictus, nouissima Hierosolymae expugnati. ne duodecim propugnatores totidem sagittarum confectis ictibus. Caepitque eam nauis filiae suae, tanto militum gaudio, ac fauore, ut in gratulatione, imperatorem cum consulatuerint, et subinde prouincia decaentem denouerint suppliciter, nec non et muniter efflagitantes, aut remaneret, aut se cum omnes pariter abdueret unde nata suspitio est quasi de sciscere a patre, orientisque regnum sibi uedicare tenta esset. quam suspicionem auxit, postquam Alexandriam petens, in consecrando apud Memphim Api boue diadema constituit. de more siquidem ritusque praesae religionis, sed non deerant, qui secus interpretarentur. Quare festiuans in Italiam, cum Rhegyptum, id est Duteolos, oneraria nauis appulisset, Romam inde contendit ex peditissimus, inopinanti patri, ueluti arguens uimorum de se temeritatem, ueni inquit pater ueni. Vides Parthenio, quam aperte Tranquillus et Titum imperatorem a militibus consulatui scribit, qui honor duabus summus erat (ut Alexander primus in bellis aulibus et Plutarchus in uitis, ac Cicero multis in locis testatur). Et patrem Vespasianum suspitatum, ne Titus despicere, orientisque regnum sibi assumeret, unde (ut superius scripsi) sacile conijci datur, quendam, quem Plynius non nominat. Tito enim ipsi nonus erat, dum carminibus Titum reuocatis laudat, imperatorem obscurius appellasse, ne scilicet suspicionem patri auerget. Triplex igitur iudicatus causa Plynium Titum imperatorem appellasse dicit, et quod eo nomine in castris appellatus sit, et quod alius carmine appellauerit, et ut haec epistola aliquid de Titum laudibus degustaret, cum ait. simul ut hac mea petulantia fiat. Ordo autem est. Agnoscas hoc castrense uerbum, hoc est imperatoris appellationem, qua

in castris honestatus es, more fortissimorum ducum, qui ob rem bene gestam, a militibus in castris imperatores consulantur. ille enim secunda causa imperatoriae appellationis. etenim hic coniunctiva particula est, & eleganter posita. & qualem apud Ciceronem est saepius iuenire (ut scis) duriusculum se fecit, quam uolebat existimari a uernaculis, id est domesticis et famulis tuis prioribus syllabis permutatis, id est sotadico carmine. In hoc enim genere carminis ita pedes ordinantur, ut si retrorsus incipias legere, uersus uel eiusdem, uel diuersi generis etiam constet, unde fit, ut syllabae ordine permutantur, & priores ultimae, & ultimae priores fiant. Nec est mirandum eo genere carminis ad Titum usum fuisse illum, quisquis fuerit, cum ipse Titus ad omne genus carminis promptissimus fuerit. Quintilianus in nono institutionum oratoriarum de sotadico ita. Plerique enim ex commissuris eorum, uel diuisione, pedes fiunt, quo fit, ut uersus uerbis alij, atque alij uersus fiant. Inde ait, memini quaedam non ignobilem poetam ita uisisse. Astra tenet caelum mare classes. aerea messes. hic retrorsus fit sotadicus. Diomedes uero grammaticus uetustissimus in ultimo libro sui operis ita ait. Reciprocus uersus est apud neotericos talis. Volo liber tua praedicentur acta. Acta praedicentur tua liber uolo. uersus sotadicus est ex utraque parte, sed durus. Et esse bonus si uis, Cole di uos optime pansa. Pansa optime diuos cole si uis bonus esse. hic in procrusu hexameter est. in reursu sotadicus. Repertum est etiam ex ametrum posse per ex ametrum recurrere, ut in illo uersu. Musa mihi causas memora, quo numine laeso. Laeso numine quo memora causas mihi musa. Et elegiacus reciprocus est, ut pio precare thure caelestium numina. Numina caelestium thure precare pio. hic in procrusu iambicus, in reursu, elegiacus. sotadicus uero dicitur a Sotade, qui primus hoc genus carminis uel inuenit, ut inquit Strabo, uel frequentius usus est (ut Diomedes scribit), qui Cinadus est appellatus, quia eo carmine mores, et orationem anaediam est imitatus, ut idem Strabo. late meminit. Vnde Martialis, Nec retro te sotadem cinadum. Sed uide nunc, quid Si punitinus legat. Castris inquit uerbum, id est conterraneum, quod uocabulum non tam est eruditum, quam militare, & quasi uernaculum. Quod quam uerum sit, tu Partheni iudicat. sed Si punitini erat conterraneum militare uocabulum esse, ueterum auctoritate probare. illud mihi respondeat uelim. Cur Plyn. excusatioe potius noui (ut ipse dicit) & ineruditi uocabuli, quam usitato uerbo uoluerit uti, cum praesertim exeat ex proposito, & in ipsa epistola excuset se, quod in natura rebus scribendis coactus sit uti uocabulis rusticis, & barbaris, nisi forte Plyn. in epistola his ineruditis uocabulis, & militariibus uti, haud absurdum putauit, in reliquo opere putauit, sed audi Partheni, quam frigide, ne dicam inepte, caetera interpretatur. Quia magnifice prius ita se iactat, ponam eius uerba, ut facilius omnia cognoscas. Hic locus diligenter animaduertendus est. Nam ausim dicere, neminem eum, nostrae diuitiae aetatis, satis intellexisse. Sensus autem talis est. Non sine ratione obijcere molior Catullum, quia & conterraneus est, & quem admodum ego sum, duriusculus fuit, ob priores syllabas immutatas. constat sane Catullum metri legem praerariatum de industria fuisse. praesertim in hendecasyllabis uersibus, ponendo primam syllabam breuem, cum requireretur producta, ut in ipso uersu, quem modo Plynus adduxit, & alibi. haec ille, Non possum non mirari, acre ingenium hominis, alioquin docti, & diligentis, in has notas cecidisse. Sed ut in principio dixi, dum in Alaricem inuehitur, caecus obtrectandi hominis uehementia effectus est. Vide Partheni quantum committat. Retrahit primum auctorem ab eo, quod paulo superius praeposuerat. deinde uult, quod Plyn. compararet se Catullo, quod sit

durus & asper in carmine, quem admodum ipse in soluta oratione, quam inepta comparatio sit, historiographi, & poetae ipse uideat. Certe Catullo (si durus est) lege carminis ignosci potest. Plynio, quia pedestris est, nulla uenia danda, et praesertim in epistola. Illud uero Partheni tu iudicat, breuius ne syllaba producta, uel longa pro breui, an potius inusitata uocabula, ob scurae sententiae, & structura ipsa orationis in se contorta, carmen durum, et asperum faciat. Quid quod nullo pacto Si punitino ignoscendum est, qui cum uideret hanc sententiam non posse ex uerbis Plynii elici, quod in Alaricem reprehendit, in id ipse inacidit. Omnes enim codices antiqui, a uernaculis tuis, & famulis habent, ipse pro tuis, suis scribendum, Famulis uero in terlinendum putat, cum non faciant ad sententiam suam. Sed de his plus nimio. Subnectit deinde auctoritatem causam. Cur Titum imperatorem appellare uoluerit. Simul inquit ut haec mea petulantia fiat, quod proxime non fieri questus es in alia proca epistola nostra, ut in quaedam acta exeat, hoc est ut petulantia mea aliquid de rebus tuis gestis dicat. Si punitinus uero ex eam prima persona corrigendum putat. nescio qua ratione. praesertim cum huius uerbi tertia persona pro ea significatione, qua nunc Plynus utitur, a ueteribus tantummodo usurpetur. Quintil. sed tamen si quid exierit, non erit atticu, et Persius. Non ego cum scribo, si forte quid aptius exit. et codices antiqui exeat habeant. sequitur inde auctor. Quia quae haec recipi. & nobis quidem qualis in castris contubernio. Repetendum est hic uerbum praestas. & est ordo. Omnia haec recipi. praestas, & nobis quidem talem te praestas, qualis fuisti in castris contubernio, id est dum una militabamus. Contubernium enim (ut Modestus ait) manipulus dicitur, hoc est eorum militum societas, qui & sub uno uexillo pugnant, et uersum tentorijs conuuebant. militauit enim Plynus contubernio Titii in germania, ubi belli germanica historiam inchoauit. Si punitinus nescio quo pacto hunc locum cum interrogatione legendum existimat. sequitur inde auctor. Quare do alia uia occurris ingens. Et longius etiam summo uexum ingenui facibus, id est ardore & uehementia ingenij me longius sum moues, a similitudine scilicet ignis, qui omnia consumit. ideo subungit. Fulgurat in nullo unquam uerius dicta uis eloquentiae tibi tribuuntur potestatis faciunda. Et bene Plyn. haec metaphora usus est, cum humanus animus igneus sit. Virgil. igneus est ollis uigor, & caelestis origo. & Heraclius physicus scintillam stellaris essentiae animam esse putauit. Hipparchus uero ignem. & Epicurus speciem ex igne, & aere, et spiritu mistam. Si punitinus facibus scribi oportere, & pro pondere poni arbitrat. sed uelim mihi respondeat, apud quos auctores, facies pro pondere inuenit. Verum ut Alaricem per totam epistolam mordeat, tibi pronomine etiam subtrahendum censet, cum omnes codices tibi habeant, & sine illo pronomine frigida sit sententia. inde sequitur. Qui primus audidit styli nasum. id est qui Lucilius primus omnium satyras scribens, subdola irrisione homines reprehendendo pupugit. nasus enim aliquando pro subdola irrisione accipitur. Plynus lib. xi. natu. histo. Et altior homini tantum, quem noui mores subdole irrisioni dicit uere nasus. Et Martialis, in Caecilium. Non tunc cum datum est habere nasum, ludit quod stolidi proacitate, non de Teclius ille, sed Caballus. stylus uero aeneus instrumentum significat, quo in albo id est in ceratis tabellis antiquis scribebatur, ut nunc in libellis ligneis negotiatores scribunt. Vnde stylus pro structura ipsa orationis accipitur, adducere auctoritatem, nisi notus hoc, quam ut a me dicitur esset. Stylus etiam accipitur aliquando pro punctione & reprehensione, quam alios scriptis taxando facimus, in qua significatione nunc Plynus utitur. Et Cicero pro Aulo Cluentio, uidere quid agetis, ne in unumquemque nostrum censoribus



ALDVS

M. R.